

## SUMMARIUM

M. Budimir: KOURETES KYRBANTES KORYBANTES  
ORTHOKORYBANTIOI CALAMAUCUS KLOBUK

Nomina pelastica *Kyrbantum* et *Korybantum* primo ex ethnico *Orthokorybantioi*, quod eranicum *Tigra-khauda* „alte pileatus“ reddit, explicanda sunt, deinde cum nominibus antegraecis *kyrbasia* (ex antiquiore *kyrbantia*), *kyrbis*, *korymbos* atque gr. *koryphē*, *kolophōn* (ex antiquiore *kolaphōn* incertum utrum ex sonante nasali an šva indoeuropaeo deducendum sit) et postremo cum *lophos* „cervix in iumentis, crista galeae, collis“ coniunguntur. Ex quibus radix *elbh-/rebh-* „verto, flecto“ apparet quae etiam in lat. *orbis*, gr. *erephō*, *orophē* (cf. germ. *wölben überdachen*), slav. *rebzo* occurrit. Germ. *Rebhuhn* et slav. *řjabka*, *jarebica* propter colorem turbidum (cf. serb. *mutan* „turbidus, mutiti „turbare“, *motati* „flectere“) aequae ut gr. *orph(n)os* „fuscus“ fortasse huc referenda sunt. Vim autem corradicalium homericorum *elephairomai* „decipio“, *olophōios* composita serbica *smotati* „convolvere, conturbare, decipere“ et *smeten* „turbatus“ illustrant, sed onomasiologiam nominis corradicalis *lophos* non solum lat. *verto* — *vertex* et germ. *Wipfel* referenda sunt. Vim autem corradicalium homericorum *elephairomai* „decipio“, *olophōios* composita serbica *smotati* „convolvere, conturbare, decipere“ et *smeten* „turbatus“ illustrant, sed onomasiologiam nominis corradicalis *lophos* non solum lat. *verto* — *vertex* et germ. *Wipfel* referenda sunt. Praefixum *qe-/qo-* (cf. gr. *osteon* — lat. *costa*; slav. *koza* — lithuan. *ožys* alia) quod in pelasticis *Kyrbasia*, *Kyrbis*, *Kyrbantes* *Korybantes*, *korymbos* et in gr. *kolophōn*, *koryphē* exstat, nomen corradicale slavicum *klobuk* (ex antiquiore *klabauka* unde Thracibus mediantibus *calamaucus* et depravatam *kamelaukion* defluxit, optime servat. Alia huius suffixi exempla pelastica in Hesychianis *kymindale* (~ gr. *monthyleuō* et *mandalos*) et *kaartias* (~ pelast. *bartakhos*, *barakhos* etc.) praesto sunt. Glossa homerica *kyrbaiē maza* cum protos'av. *korvaj* „panis“ exaequat.

## ΠΟΠΟΙ

Quantum e lexicis etymologicis novimus, etymon vocis in titulo huius articuli inscriptae adhuc non apparuit. Nec enim E. Boisacq neque J. B. Hofmann quicquam plus attulerunt, nisi quod ad interiectionem *παπαί* scil. *βαβαί* delegaverunt. Prellwitz<sup>2</sup> s. v. *Πήμα* (e Fick I<sup>4</sup> 479) utramque vocem (*πόποι* et *παπαί*) cum lit. *porā* f. „wehweh“, or. boruss. *pē* et *bēbē* coniunxit. Liceat nobis comparare vocem *πόποι* cum interiectione *όροοι* a qua verbum quoque *όροόζω* per onomatopoeiam derivatum esse patet (v. Schwentner, Die primären Interj. d. idg. Spr.; cf. Schwyzer, Gr. Gr. I 647. 716). Simili modo verbum *ποπύζω* ex onomatopoeia \**πόποι* i. e. *πόποι* derivatum esse nobis apparet. Igitur in explicatum adhuc *πόποι* (ὦ *πόποι*?, Schwyzer II 600) originem trahit e *poppyismo* sc. ex onomatopoeia quae vix scribi potest, cuius amplissimum usum in religione atque magia fieri non ignoramus. Itaque utraque interiectio *όροοι* et *πόποι* e numero vetustissimorum vocabulorum est, utraque est imitatio inarticulati cuiusdam soni ex ordine inspiratorum dolorem seu pavorem vel stuporem significantis, qualis est *κλωγγμός* (v. Hesych. s. v. et cf. Eustath. Comment. in Hom. Od. 1504), de quibus plura alias tractabimus.